

Mors Ciceronis

from *Fabulae Romanae*

Sed Antonius, inita cum Octaviano societate, Ciceronem iam diu sibi inimicum
proscripsit. Qua re audita, Cicero transversis itineribus in villam, quae a mari
non longe aberat, fugit indeque navem conscendit, in Macedoniam transiturus.
Cum aliquotiens in altum provectus ventis adversis relatus esset, neque
5 iactationem maris pati posset, taedium tandem et fugae et vitae eum cepit;
aliquando regressus ad villam, "Moriar," inquit, "in patria saepe servata."
Adventantibus percussoribus, servi parati ad dimicandum erant; sed ipse eos
deponere lecticam et quietos pati quod sors iniqua cogeret iussit. Prominenti
ex lectica et immotam cervicem praebenti, caput praecisum est. Manus quoque
10 praecisae sunt; caput relatum est ad Antonium iussuque eius inter duas manus
in rostris positum.

Notes:

- 2 *transversus, -a, -um* -- lying crosswise
- 4 *aliquotiens* (adv.) -- several times
altum, -i (n) -- the deep (sea)
proveho, provehere, provexi, provectus -- carry across, transport
- 5 *iactatio, iactationis* (f) -- tossing back and forth, swaying
taedium, -i (n) -- fatigue, boredom
- 6 *aliquando* (adv.) -- at last
- 8 *sors, sortis* (f) -- fate
promineo (2) -- lean out
prominenti and *praebenti* -- dative participles; infer *Ciceroni*